



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

16. S. Gallus Abbas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

XVI. Octobris. S. Galli,
amor est; Quoniam qui amat, non la-
borat. S. August.

Festum S. Galli Abbatis Ale-
 manniæ Apostoli Spiritu Dei ple-
 nissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Quanta in nonagenario senecione
 vitæ sanctioris documenta! Vitam
 duxit perquam arduam, quia rigidissi-
 mat, assiduô jejuniô, & ferreâ catenâ su-
 am excrucians carnem. Non nocent jeju-
 nia vitæ. Mille prostravit gula; neminem
 temperantia. *Qui abstinenſ est, adjicit vi-*
tam. Eccl. 37. A paradisi gaudiis per cibum
 cecidimus: Ad hæc, quantum possumus,
 per abstinentiam resurgamus. S. Greg.

Inſtruçtio meritoria.

Sobrietatem, atque temperantiam ut
 perfectè possideamus, hodie extra com-
 munem refectionem neque de esculen-
 tis, neque poculentis aliquid admicca-
 mus, nisi aliud suaserit infirmitas. In ho-
 norem quatuor virtutum Cardinalium
 vid. *Prudentia, Justitia, Fortitudinis, &*
Temperantiae oremus quatuor decades

ex



ex Rosario Doloroso. Vivimus non ut comedamus : Sed comedimus, ut soli Deo, & æternitati vivamus.

II.

Cernimus ô chare ! Ec ad nostram admirationem jucundissimum solitudinis & sacrati silentii in S. Gallo spectaculum. Pedem cellâ extulit nunquam, nisi cum contra idola, & vicia decertandum. Fili ! quid accentamus ? Nos in medio vivimus sæculi : & sanctificari cupimus ?

Instructio meritoria.

Fugiamus publicum ; veneremur silentium ; & quies mentis nullum patietur periculum. Subtrahamus nobis amore solitariæ vitæ , & tranquillitatis internæ quadrantem, vel horam medium de licita recreatione, eamque demus vel piis manuscriptis , vel sanctioribus pro Deo, aut proximo susceptis negotiis. Non est securum, diu agere, aut loqui inter homines. Qui latet, cœlo placet.

III.

Pro S. Gallo non modò dormiente, sed & mortuo vigilaverat cœlum.

584 XVIII. Octobr. S. Lucæ Evang.

Hujus enim exuvias sacras cùm equi in-
domiti in eremum reducerent sponte,
cerei ponè incensi, frustrà flantibùs ven-
tis, luxère continuò. Chare mi! Quis
vigilabit pro nobis? Deus, Maria, Ange-
lus Custos, S. P. Benedictus, B. Gallus,
& Patroni cæteri. Cavendum, ne no-
strâ improbitate eorum offendantur
oculi.

Instructio meritoria.

Componamus nobis Litanias de San-
ctis Patronis, quas frequentius per heb-
domadem accensò devotionis lumine,
recitabimus ante cubitum. Sic multo-
rum comitatu ibimus ad cœlum.

Festum S. Lucæ Evangelistæ
Beatissimæ Virginis, & S. Pauli
Discipuli Piissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Medicum Antiochenes veneran-
tur in S. Luca peritissimum : sed
nobiliorem Ecclesia, quia animas Chri-
sto restituit plurimas. Quô medicami-
ne? Dei verbô. Amandissime! Dedit
& os nobis Deus. Cur tacemus, dum
cla-